Pereximio atque Doctissimo

DOMINO CANDIDATO

PETRO GULIELMO SPECK

S. P. D.

CHRISTIAN AREND SCHERER

Med. D. & P. P. O.

UT navita de ventis, de tauris narrat arator; sic etiam Tu, Nobilissime Domine Candidate narras de morbis virginum, quos adeo exhausisti, ut, sicut ex ungue leonem, ita etiam ex hoc Schediasmate eruditionem Tuam quivis percipere valeat: unde Tibi animitus gratulor, uti etiam de studiis Tuis academicis summa cum laude ad hunc terminum perductis. Maxima semper afficior lætitia, quando bonum amici statum intelligo, & hoc etiam hodienum mihi contingit, quo ipsemet Dissertationis Tuæ inauguralis Præses a latere constitutus eruditionis Tuæ fœtum optimum strenue & pertinaciter, uti soles, defendere audio. Amicitiam Tuam jam incepi colere Leidæ in Batavis, quorsum me contuleram ad intelligendam summi Boerhaavii Sapientiam. Semper isto in loco Tuam assiduitatem, diligentiam & fervorem continuum in studio medico rationali deprehendi: nam & ibi indefessus spectator sacra anatomica sub signis Clarissimi Albini mecum frequentabas, quæ sacra proh dolor! nostris temporibus plerumque a Machaonis filiis susque deque habentur, cum tamen omne illud, quod in arte nostra rationale est, anatomiæ debeamus. Interim tamen discipulus a præceptore ita assuefactus aliquo

quo modo poteſt excuſari; cum è contrario præceptores præter puram puram empiriam diſcipulis nihil inculcantes rem agant peſſimam & rationali medico abominandam. Corruptus hic ſtudii noſtri ſtatus ſane primus ad barbariem medicam inevitabilem eſt gradus. Dicunt quidem medicorum præcipue Practicorum multi non opus eſſe vanis hiſce Speculationibus anatomicis ad empiriam medicam. Largior hoc & quidem ambabus manibus, ſi earum altera non ſufficit: ſi enim anatomia & ſtudia medica rationalia Charletano (ſit venia verbo) abſolute forent neceſſaria, ne unicum quidem eorum in omnibus mundi partibus inveniremus, cum noſtro ſeculo teſte experientia tellus hiſce monſtris abundet. Si vero quæritur, an anatomia ſit neceſſaria medico rationali & conſcientioſo, tunc non credo fore ullum medicorum rationalium, qui hoc negaret. Dicunt adhuc anatomiæ contemtores, qui interdum, quod horrendum eſt dictu, anatomiæ fautores fere anathematizant, regali pontificibus alias ſolenni; dicunt, inquam, anatomiam ſubtiliorem ſolum eſſe eliminandam, inſtitutiones vero Boerhaavianas maximopere eſſe commendandas. Explices autem ſenſu genuino, mi Mome antanatomice, ſi placet, unicum tantum paragraphum Boerhaavianum phyſiologicum ſine cognitione anatomiæ ſubtilioris. Aqua hæret. Utinam haberemus veram completam anatomiam ſubtilem, tunc maximæ altercationes phyſiologicæ, de uſu viſcerum, nervorum, de modis ſecretionum & quæ ſunt aliæ, propoſitis ejusmodi pacis conſiliis ſaluberrimis uno actu æternum forent ſepultæ. Fundamenta artis hujus nobiliſſimæ jecit Vir immortalis memoriæ Ruyſchius; perfecêre eandem Celeberrimus Pariſinus anatomicus Winſlow & Clariſſ. Albinus apud Leidenſes Profeſſor. Ultimam manum operi huic

tam

tam anxie deſiderato admovebit Vir in arte anatomica pariter ac in Medicina & Matheſi incomparabilis Dn. Lieberkuhn Berolinenſium Medicus, cujus labores divinum numen ex voto ſecundet. Inſtat adhuc empæcta anatomiæ, illa ſtudia non eſſe ſectanda neque aliquali tantum tempore terenda, quorum utilitas non eſt tanta, ut quotidie aliquot aureos in domum reportare poſſint. Si hæc regula eſt vera, ſcurrarum profeſſio omnium erit optima, quoniam interdum in uno die plus quam mille aureis mactat heroem in fine Tragœdiæ infeliciſſimum. Tu, Nobiliſſime Candidate longe aliter ſenſiſti, dum maturiori judicio ſtudia medica ſolida & ſcientifica ardentiſſime ſemper exoſculatus es, quam ob rem etiam Berolinum Te contuliſti ad viſendum & frequentandum ibidem theatrum anatomicum, ni omnia me fallunt, in toto terrarum orbe maximum; abſit arrogantia dicto. Tu, Nobiliſſime Domine Candidate, ipſis Tuis vidiſti oculis copiam cadaverum ſecandorum ſummam: per hyemem enim anni præteriti, in qua artem ſecandi & contemplandi interiora machinæ humanæ in illo theatro didiciſti, ſumma cadaverum ad centum & octoginta ſex aſcendebat. Ego in eodem theatro per hyemem plus quam ducenta vidi cadavera. Tu hac occaſione, Tibi, ut & mihi, exoptatiſſima, omnem moviſti lapidem & ſi vera fateor, ad nauſeam usque inquiſiviſti in penetralia humani corporis. Jam efficias rogo, ut ea, quæ ex ore præceptorum hauſiſti, præcepta Tuos in uſus transferas ſicque honeſto & pio vivendi & lucrandi modo omnem Tibi comparare poſſis felicitatem. Vale, amicorum optime & rem Tuam ex animi ſententia bene & feliciter gere. Deproperabam Duisburgi die ultimo Martii Anno recuperatæ ſalutis 1742.

MEin Bruder/
wie also? was ficht/ was treibt Dich an/
So unsanft weh zu thun dem holdesten Geschlechte?
Ich sag' nicht/ obs gescheh' mit Unrecht' oder Rechte:
Nur manche wünscht gewiß/ Du gingst ein' andre Bahn.
Bleich ist der Liebe Farb'/ und machet schöne Zier;
Gnug/ wenn dieselbe schminckt des Leibes Oberfläche;
Was schadets/ daß sie kommt aus einer krancken Schwäche?
Das bäurisch Starck und Roht macht je kein lieblich Thier.
Es wird Herr Frauenlob/ der aus Erfahrung weißt/
Was schwache Fäsern thun/ was dünne Musculn gelten/
Was bey dem Jungfern Chor für Niedlich ist zu schelten/
Gar unzufrieden seyn/ daß dis so schädlich heisst.
Hat nicht das wahre Wort es Sonnenklar bestimmt/
Daß weisse Hauben seynd ein etwas schwach Gefässe?
Was wär' denn die/ so nicht die Eigenschaft besässe?
Und solche Eigenschaft/ die nichts an Tugend nimmt.
Warum denn nicht vielmehr den Schaden außgelegt/
Der seine Mutter nennt die Ohnmacht der Gelehrten?
Vielleicht gäb' mancher dran die Zunft der Hochverkehrten/
Wenn ihme nur der Kopf durch Nieswurtz würd gefegt.
Hans Tumbart ist gar schwach; so dünckt ihm niemand starck:
Das Licht/ so er nicht kennt/ das könne niemand sehen/
Der Weg/ so ihm' zu rauh/ den könne niemand gehen;
Alles soll Kraftlos seyn/ weils ihme fehlt an Marck.
Herr Zweifler gibt sich aus für einen starcken Geist;
Doch wenn der Laster Kraft mit Zäumen wär zu binden/
So würde/ wie ein Dunst/ die leichte Stärcke schwinden:
Weil er/ was ihn erschreckt/ aufs beste niederreist.
Und wenn Herr Pertinax wird Irrthums überführt;
So ist er viel zu schwach/ daß er es zugestünde/
Und ließ' nicht eher ab/ bis er die Warheit fünde:
Er schnaubt/ und raucht/ und rast/ und was oft mehr gebührt.
O Schwach- und Thorheit/ die viel grössern Schaden thut/
Die gar entblösset ist von aller Anmuhts-Schöne/

Und

Und schreckt/ und stört/ und reitzt die junge Müsen-Söhne:
Wer die zu heilen sucht/ der schafft ein grösser Gut.
Allein wer Wespen stört/ der bleibt nicht unversehrt:
So lässest Du in Ruh' die krancke Schwindel-Köpffe/
Und sprichst nur/ was da quält die bleiche schwache Zöpffe;
Es meidet Schimpff/ der nur von seinem Leisten lehrt.
Brächt' nicht die Höflichkeit Dich und Mich in Verdacht/
So rühmte ich die Kraft/ die Du von starcken Helden
Gesogen hast/ den Grund der Warheit zu vermelden/
Und wie Dir Witz und Fleiß mit Recht den Strauß zusagt.
Jetzt aber laß ichs seyn/ und wünsche noch zu letzt/
Daß/ wenn Du wirst gesucht von den geplagten Schwachen/
Dein Pulver starck gnug sey/ sie wieder heil zu machen:
So wächst Dir Ehr' und Lob/ und was Dich sonst ergetzt.

JOHANNES SPECK,
Zeitlicher Prediger zu Crüdenburg/
nunmehro nach Frechen berufen.

EXultans *Hygiæa* manum tibi porrigit, alta
Vota vovens de te studiisque, aptissime SPECKI!
Circumstant, en grata domus! tibi pignora: læta
Fronte tuum cerno doctum celebrare Magistrum
Hos actus; oculos in quem, dum rite triumphum
Ferre paras, gerit intentos festiva corona:
Te beat, & tali immortali laude salutat
Te dignum. Surgit plausus: te sæpe beatum,
Felicem Divis commendant publica vota.
Et mea Musa choros agitans, gratantia verba
Accinit, officium ac socialia fœdera servans.
Ergo age, *Docte!* dies tam festos insere fastis,
Lætitiæ quos sancta dicat concordia nostræ.
Erige spem captam, qua se tuus extulit ardor,
Grandia laturus meritorum præmia, *Phœbo*
Auspice; conspicuum cujus suffragia mystam

Te dicunt, laurusque probat tua tempora cingens.
Palladis i tutus clypeo: nam te Dea mitis
Suſcipit, & teneris gaviſa amplexibus ardet.
Macte novis *Doctor* titulis, artemque tropæis,
Reddita poſt ægris ſolatia, ſæpius orna.
Conſpiciare diu felix, ſua ſtamina *Parcis*
Tarda futura tua medica clamantibus arte.
Fauſta favor vitæ cultu quæſitus amico,
Fauſta boni ſpondent, venerantes candida mentis
Dona, tuam jubeant, quæ late extendere famam.
Id tua vel ſollers poterit doctrina; ſagaci
Ingenio quando ſævis medicamina morbis,
Si qui forte ruant, meditaris. Tu modo perge
Judicium virtute, decus ſtabilire merendo.
I prudens. Honor ipſe ferat tibi ſemina laudis.

Hæc Clariſſimo Domino CANDIDATO ceu amicitiæ ſemper continuandæ teſſeram cum omnigenæ proſperitatis voto apponere debuit & voluit

WYNAND. WERN. WEYERMANN.
Medicinæ Candidatus.

DU zeigst/ Herr SPECK! den Lauff der Jungferlichen Stunden/
Die Sinne werden voll von Krafft und Geist gefunden;
Sind deine Stunden dann verständig durchgebracht/
So hat Apollo auch ein Lorbeer-Krantz gedacht
Für dich als fertig; ja die Nymphen sind darneben/
Bereit zu jeder Stund/ dir Küßgen herzugeben.

Also hat der/
Welcher Wohl Wünschet/
aus grober Faust gesungen.

Inches
1 2 3 4 5 6 7 8
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
Centimetres
TIFFEN Color Control Patches
© The Tiffen Company, 2007
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black


TIFFEN Gray Scale
© The Tiffen Company, 2007
R G B W G K C Y M
A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19